



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutio lutheriana super propositione deci[m]a tertia: de potestate pape

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 5781

In Fine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32449

Ar̄is temporibus in scripturis & ecclesia dei. Quanto rectius Cypranus vnitate hanc charitatem intellexit, sicut & Christus rogauit Iohan. xvij. vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, vnu (inquit) in nobis, non in ecclesia Rho.

IN FINE.

Aut in concilijs non inueniri statutū. quasi rho, ecclesie legē concilia vllam præfixerint, Cum omnia concilia per rho, ecclesie auctoritatem & facta sint, & robur acceperint. Et in eorum statutis, patēter excipiatur rho, pontificis auctoritas.

Quis hæc ferat quæso? Nunquid Nicenum conciliū robur accipit, aut factum est auctoritate rho, ecclesie? nūquid & multa alia per Augustinum, & olim Cyprianum in Aphrica habita? Deniq; etiam si statuta exciperent rho, ponti, tamen ipse debet nolle excipi, pro edificatione ecclesie. Hic autem gloriatur se nemini quicq; debere, vt & deus ei nihil debeat.

EGO sane, Archiepiscopo Panor, non tam duro & fragoso pleborq; cōtentionis & tumoris rñdissem sermone, q̄ furor & odium suscitatur, sed dixissem. Sustine frater interim, res magna est, tua solius gratia, hæc tam subito cassare, quæ nos non statuimus. Sic enim pax & charitas aleretur. At ista decretalis, meram superbiam, & præfractam fiduciam spirat.

ADIICIAMVS & alterā decretalem, quo firmiter probemus, nō esse solis pontificibus rho, ius interpretandi sacras literas, nec oportere captiuos esse christianos in eorum verba, sed cum libero iudicio omnia eorum legenda.

DE maioritate & obedientia Cap. solitæ. vbi, cum imperator Constantinopolitanus obieisset rho, pontifici verbum Petri, subditi estote omni humanæ creaturæ &c. quo voluit patriarcham Constantinop, sibi inferiorem facere. Respondet Innocentius tertius, siue quis fuerit, familiaris ei? scriba, prius ignarus sacrarū l̄rarū dicēs,

Verum, si personam loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis attendisses diligentius, talem scribentis non expressisses intellectum.

Vide quæso pastorem hunc ouium Christi, qui interpretaturus verbum dei, parat personarum differentias afferre. cum verbum dei nihil æque impugnet, atq; respectum personarum. Non est em̄ acceptio personarum apud deum, sed quicquid præcipit, omnibus præcipit, magnis & paruis. Sed age, videamus quā loquentis personam hic nouus aduehat scripturæ interpretes.

Scribebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad meritum humilitatis prouocabat.

Sic habes loquentis personam, & eorum ad quos scripsit, id est,

E

Cypranus vnitate hæc charitatē intellexit.

De cōcilijs.

Nicenu cōciliū nō est auctoritate rho, ecclesie coactum.

Panor. Archiepiscop?

Cum iudicio etiā pontifices legendi.

Imperator Cōstantinopolitanus, obiecit rho, pōr, verbū petri, Subditi estote &c.

Respondet Innocenti⁹ tertius.

Vide quæso hūc pastore.

De? nō respicit personas, sed quod præcipit, omnibus præcipit

DECIMAETER TIAE CONCLVSIONIS,

maioris & minoris. Deinde vim locutionis, quæ est, prouocatio ad meritum humilitatis. hæc ille. Principio, quid noui quæso hæc affert interpretatio: Quis vnq̄ præcipit aliis, aut docet alios, quam subditos suos? Quid ergo necessaria est distinctio personarum, ad intelligendum hunc solum locum Petri, præ cæteris eiusdem, & omnium doctorum scripturis? An in cæteris, subditi docent maiores, di scipuli magistrum, gentes Apostolum? VERVM, sic oportet loqui ne taceant, qui vel pessimam causam tuentur, vel ignari sunt literarum sacrarum. fallit autem hunc locutorem, quod verba Petri, in terim arbitratum esse iuris sui humani, in quibus aliquando maiores statuunt pro inferiorum salute, quæ ipsos non tangunt. Atq; hoc mirum est, quod ex diuino præcepto Petri, nobis consilium facit, dicens, eum prouocasse subditos ad humilitatem, videlicet non præcipisse, nec consuluisse: sed tanq̄ ad humilitatis supererogatum (vt vocant) meritum prouocasse. Hæc scilicet vim in locutione dei, inueniunt pastores ouium. cum Petrus præcipiat, præceptum diuinum & necessarium addens. Sic est voluntas dei.

Quid fefellerit Innocentiū

Vim in locutione dei pastores inueniunt.

Sensus Innocentiū.

Per decretales non raro extinguitur euāgelium, per verbū humanū, tollit diuinum.

Pro verbo dei vritur, & vehementer vrget.

An aliud sunt pontifices quā christiani? acerba concessio.

Si ista sapientia pcederet, eleuaret vniuersam Petri autoritatē

SEQVAMVR tamen sensum eius, qui est, hac locutionis vi distinctis personis, non Petrum, non successores eius, non rectores in ecclesia: sed subditos tantum puocari ad subiectionem. videamus quid sequatur. PRIMO, Petrus & pontifices sunt exempta præcepto dei, non decet eos obedire deo, sed solos subditos. & cū ius seu verbum diuinum omnibus præfigatur, magnis & paruis, nullumq; sinat exceptum, Notarius tamen papæ, potestatem habet excipere quos vult. Itayides, per decretales extingui euāgelium, per verbū hominis, tolli verbum dei. & hoc monstrum adoramus christiani in ecclesia Christi, pro verbo dei. QVIS quæso non vratur?

QVIS autē ita insaniret alius, vt Petrum hanc subiectionem subditis imposuisse sua autoritate, crederet: quo se ipse ab eodem præcepto eximeret? Hoc si fecit, aliud docuit verbo, & aliud monstrauit exemplo: hoc est, destruxit quæ docuit. An oportet, subditos Petri & successoris, esse subiectos casari: ipsos vero contrario exemplo idem eisdem dissuadere? An, non Petrus fuit subditus potestatibus, sicut docuit? Non fuit Christus sub casare? Nōne omnes Apostoli & sancti? An rho, pontifici non licet puocari ad meritum humilitatis? Huic soli licet erigi in peccatum superbix: Itaq; aliud tam potēces sunt, quā christiani: quoniā lex christianorum eos non ligat. alio eunt ipsi, alio eorū subditi. alio pastores, alio oues. alio duces, alio greges. noua certe ratione, ducendi, pascendi, regendi. Non iam dicant, venite, sed, ite, nō præcedant, sed tantūmodo, dimittant populū in mandatis dei.

QVOD si in hoc loco ista sapientia valet, valebit & in omni alio præcepto Petri, vbi docet fidem Christi. euacuabiturq; vniuersa autoritas Petri: quia vbiq; dicitur, hoc subditis præcepisse, nō sibi nec successoribus. quandoquidem, non nisi subditis loqui potuit. Dicamus ergo & hic, si loquentis personā attendisses, & eorū ad quos loquitur, non ita exposuisses intellectum eius, quia loquitur sub-

ditis suis, & eos ad meritum fidei, spei, & charitatis puocat: seipsum & nos exemptos voluit. Et recte, sic enim hodie attendunt diligentissime Rhomani loquentis sui Petri personam, vt eis licere nihil eorum seruare, quæ ille locutus est, intelligant: ne Christo quidem credere, & christianos esse ac viuere: vt reiecto verbo christiano Petri, digni fiant hac decretali christiani. qualis lex, talis & populus.

Vbi ergo manebit, qd in omnibus quæ docentur in sacris literis, oportet primos esse pōtiffices: & lucem mundi, vt videantur eorum opera ab hominibus? Quid? si subditi dicāt, aliud nec facere, nec debere possumus, quā a pastoribus nostris fieri videmus? vbi tunc manebit verbum Petri? vbi tunc eorum persona, ad quos loquitur? Quando subditi maiorem causam habent illud reiciendi: eo ipso, quo vident, ipsum non modo nō seruari, sed etiam reici ab iis, quorum exemplo viuere debent. vix me contineo, ne decretalem hanc impissimam & peruersissimam dicam blasphemiam.

Sed iam cognita & persona loquentis & audientis, & vi locutionis, prosequamur, quomodo hæc exequatur.

Nam si per hoc, quod dixit, subditi estote, sacerdotibus voluit iugum subiectionis imponere, & eis prælationis autoritatem auferre, quibus eos subiectos esse monebat, Sequeretur ex hoc etiam, quod seruus quilibet in sacerdotes imperium accipisset, cum dicitur omni humanæ creaturæ.

Quā amarū verbum, subditi estote, vnde & repetit quā potest odiosius: appellans iugum subiectionis, contra autoritatem prælationis, & serui imperium velur querulans. Deinde, monebat (inquit) exhorrens præcepti vocabulū aliud nihil spirans, quā ne cogatur subesse vlli hominū: sed vt liceat omnibus præesse, aut saltem, vt consilium ex præcepto faciat.

QVALE autē est incōueniēs, esse sacerdotem subiectum seruo? Nōne Christus in medio omnium venit ministrari, & formam serui accepit? An hæc puocatio ad meritum humilitatis non nisi ad subditos Christi pertinet, cuius Rhomani pōtiffices nolunt esse subditi? Christus? iussit nouissimo loco sedere. Et Petrus omnes iubet insinuare humilitatem. Et Paulus, Superiores inuicem arbitantes, & honore præuenientes. Verum, hæc subditis suis dixerunt personæ loquentium, et alia fecuræ sunt.

Quancūq; de hac subiectione, Petrus hoc loco nō loquatur, quæ mutua humilitate spiritus in christianis regnat: sed de ea, qua subiicitur bātur pphanis magistratibus, p̄sidentibus, iudicibus: quos p̄tās Rhomani imperii ordinauerat. Hanc eam cōstitutionē vocat Petrus creaturā humanā: qd per hoies creentur iū mgratibus. At hic decretalista, nec vocabula scripturæ intelligit, & audeat eā interpretari. Esse autē creaturā humanā

E ij

Expēde Romanam manentem. motum.

Qualis lex, talis & populus.

Quid? si subditi dicāt, aliud facere, nec debemus, nec possumus, qd pastores.

Aegre se continet, ne hæc decretalē ipsissimā dicat blasphemiam.

Amarū verbum est subditi estote, sed tñ aplicum.

Quāto q̄sq; est maior, tāto submissio re se debet gerere, magisq; subditis inservire, exēplo Christi.

Creatura humana apud Petrum.

DECIMAETER TIAE CONCLVSIONIS,

(Id quod dixi potuisset intelligere (si tam sensum Petri, quā suā ambitionem quaesiuisset) ex mox sequentibus, vbi Petrus distribuens per singula, quae in collectione dixerat, seipsum exponit, omni in quā creaturae, siue regi, siue ducibus, q. d. Ideo dixi omni creaturae & omnibus hominū ordinationibus subiecti: ne qui vestrum se aduersus minores praesides eleuet, quasi tantūmodo regi obtemperatur: sed etiam missis ab eo, date, facite, seruate, quae, danda, facienda, seruanda sunt, Quo mō Rho. xiiij. Cui honorem, honorem: cui timor ē, timorem: cui tributum, tributum. Non ergo de creatura dei loquitur, quā Innocentius in suis opinionibus cogitat, Sed de creatura humana: vt verba expresse sonant: qualis non est seruus, quem timet imperium accipere super sacerdotes. licet: iuxta euangelium: cuius seruo nos oporteat submitti. quin totum hoc verborum cahos Innocentii, & nihil facit ad rem, & inscitiae suae dumtaxat testimonia sunt.

Aliud est creatura, q̄ Innocentius hic cogitat.

SEQ VITVR.

Quod autem sequitur, siue regi tanquam praecellenti. Non negamus, quin praecellat Imperator in temporalibus: illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia.

Si quaeras verborū Petri sic tortorū rationem, rñdebit. Sic volo, sic iubeo, sit p̄ ratione voluntas.

Decretalīsta relicta sententia Petri, anxie de praecellētia regis & pontificis agit

Hic si quaeras, quā autoritate verbū Petri sic coartet: & quod omnibus dictum est, ad aliquos dumtaxat deprauator aptet: respondit aliquid nihil, quā sic volumus: nostro verbo credi fas est: etiam plus, quā expresso textui verborum dei.

PRIMVM. hic scriba laborat, vbi non vrgetur, & fugit, nemine persequente, scilicet mala fide, & conscientia vexatus. Petrus dicit, regi subdī debere tanq̄ praecellenti. id est, qui sit primarius & plusquā duces ab eo missi. At decretalīsta, vocabulo praecellenti, male tactus: timens, ne praecellentia sonet imperatoris super pontifices, anxie occurrit: & de praecellentia regis & pontificis, longe extra sententia Petri disputat. non aduertens verbum Petri, qui nō mō regi praecellenti: sed etiam ducibus ab eo missis, obtemperare praecipit. immo, omni creaturae humanae: de quibus nihil est sollicitus decretalīsta. quia verbum praecellentiae in ducibus, & creatura humana nō sonuit terribiliter in auribus eius. Breviter, ne dictionem vnā quidē in Petri hac autoritate intelligit is: quisquis est: scriptorculus Rho. manus. & contendit tamen omnes oues Christi docere.

SED SEQ VAMVR EIVS FVMVM.

Imperator in temporalibus, oibus etiā sacris praecellit, idē iure diuino.

Dico, Imperator in temporalibus omnibus praecellit, etiam sacris: idē iure diuino, vt haec Petri verba cogunt. tñ, quia in arbitrio eius est, & sunt creaturae humanae, potest hanc praecellentia ipse sp̄are, vel retinere, vel dimittere, & in vtroq̄ habet ius diuinum. Sic a Constantini tempore, non autoritate pontificū, sed imperatorum, creaturis humanis, data est libertas, personis & rebus ecclesiasticorum.